



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

Quam nobile & salutare exercitium sit, Deum in actionibus suis
præsentem sistere. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

narumque rerum Meditationem
cum fructu instituendum: verum in
hoc opusculo paulo accuratius fusi-
usq; de eodem argumento agemus,
quatenus valet ad eximiū profectum
in omni virtutum genere faciendum,
donec ad earum fastigium, hoc est,
perfectam & omnibus numeris ab-
solutam cum Deo unionem perue-
niatur.

Quam nobile & salutare exercitium sit,
Deum in actionibus suis presen-
tem sistere.

C A P. I.

PERMULTA quidem præstantissima, iu-
xta ac utilissima suppetunt media & ex-
ercitia ad perfectas virtutes consequendas,
nullum tamen meo iudicio præstantius v-
tiliusue est hoc ipso de quo agimus, si quē-
admodum convenit instituat. Quicquid
enim boni aliis inest, in hoc vno quadan-
tenus continetur: quicquid cæterorum be-

N n nefici

neficia in vita spiritali efficitur, huius quo-
 que opera obtineri potest. Hoc vnum ser-
 uum Dei & incitat, & excitat, & inflammat,
 vt reliqua omnia media re ipsa exercent, vt
 subsidia ad veras solidasque virtutes com-
 parandas necessaria vel salutaria præsto
 sint, vt lumen diuinum, ad illustrandam
 mentem, & robur ad impellendam volun-
 tatem à præsentē diuina maiestate assidue
 impetretur. Atque hac ratione fit, quod di-
 ximus, vt hoc exercitium sit cæterorum o-
 mnium quasi summa & anacephalæosis.
 Si ergo seruus Dei, sui profectus spiritalis
 cupidus reformidet, & forte obliuiscatur
 tot salutarium mediorum, quæ ad paran-
 dam vitæ spiritalis perfectionem necessa-
 ria esse, vel à viris piis audiuit, vel in li-
 bellis siue meis, siue aliorum lecitauit,
 meminerit saltem huius, & re ipsa exer-
 ceat; hoc enim studio efficiet, vt reliqua
 omnia, quæ obliuione sepulta videban-
 tur, in mentem recurrant, cum opus fue-
 rit. Rursum, si quis desiderio ardens pla-
 cendi Deo, eiusque diuinæ voluntati in o-
 mnibus obsequendi, post perlecta in spi-
 ritualibus libris, tot documenta, moni-
 ta, & media ad vitam sanctam religio-
 samque ducendam congruentia, animo
 dei.

deiciatur, quasi impossibile fit tam multas, tamque varias exercitationes usurpare, is animo sit forti & erecto. ecce vno antidoto omnem difficultatem absterfam. Vni huic exercitationi, qua de loquimur, opitulante diuina gratia se serio dedat, ac deprehendet sic cor suum amore cœlesti accendi, & cum diuina voluntate conformari, vt omnia illico media & remedia, tum ad quasuis virtutes exercendas, tum ad vitia, tentationesq; licet graues, expugnandas, prout occasio eas obtulerit, vltro diuinitus sint occursura. Deus si quidem quem præsentem contuetur, & in quem omnem cordis sui fiduciam coniicit, auxiliumque implorat, opportune suo tempore & loco, quid facto opus sit suggerit, lumenque & efficacitatem ad exercenda necessaria media subministrat nunquam enim Deus cœlestis suæ gratiæ opportuno præsidio eos destituit, qui in suæ diuinæ maiestatis conspectu & præsentia, quemadmodum conuenit, vitam traducunt.